

ושחרא לא תקבל *Munus, donum*: שחרא, שחרא  
 Et munus non accipies: מעור חפמין ארי שחרא  
 nam munus excæcat sapientes, Exod.23.verf.8.  
 Capita ejus pro munere judicant, Mich.3.11. De Munere, quod corruptela loco datur, accipitur; unde, ארור לוקח שחור *Maledictus, qui accipit munus*, Deuter.27.25. Talmudici scribunt, שחור dici, quod faciat, ut sit unus, dans & accipiens, nempe ut judex accipiens pronunciet id quod litigans dans petit. Rex judicio stabilit terram, (scribit Salomon Proverb.29.4.) at qui munera accipit, vastat eam. Ad hunc locum scribunt Talmudici: Quando similis est judex regi, qui nullâ re indiget, stabilit terram: quando autem similis est sacerdoti, mendicanti ad horrea, vastat eam. Dixit Rabba bar bar Schela: הנה יהיה שחור דיינא דשאליל שאילתא פסול למידן דינא aliquid accipiens, illegitimus est ad judicandum judicium, &c. Dixit Rabba: מאי טעמא דשחורא? כיון דקביל ליה שחורא מניה איקרבא ליה דעתיה לנבירה והוי כנופיה ואין אדם רואה חובה לעצמו מאי שחור שהוא חר id est, Quæ est ratio Nominis שחור? posteaquam accepit sibi (judex) munus, ab ipso, accedit animus ejus ad ipsum dantem, ut fiat sicut ille ipse: homo enim non condemnat seipsum propter debitum. Sed quid est שחור? quod ipse (accipiens) sit unus (cum dante.) Kethuvoth fol.105.col.2. Hoc præceptum de non accipiendo munere, est unum ex sex monitis judici cavendis, de quibus Deuteron.16.19. & deinceps. Habebat autem tribunal Solomonis sex gradus, juxta sex præcepta, quæ Deut.16. describuntur. Cum primum gradum ascenderet, præco publicus proclamabat, לא תטה משפט *Ne pervertito judicium*: cum secundum, לא תביר פנים *Ne dignoscito personas*: cum tertium, לא תקח שחור *Ne accipito munera*: cum quartum, לא תטע לך אשרה *Ne conferito locum arborum* (scil. idololatriæ causâ:) cum quintum, לא תקים לך מצבה *Ne erigito statuam*. cum sextum, לא תובח ליי אלהיך *Ne mactato Domino Deo tuo bovem aut agnum*. Cum in supremo folio esset, confidendi causâ, præco rursus clamabat, דע לפני מי *Scito coram quo tu sedeas*, &c. Quidam Hebræorum scribunt, sex ista monita, sex leones utrinque ad gradus dispositos, unâ manu ostendisse, & alteram expansam habuisse ad dilacerationem. Ultimum autem monitum de confessu, indicasse duos leones ad sustentacula manuum positos. Solium describitur 1.Reg.10.verf.18. Rabbinorum placita in Commentario Rabboth diversis locis, in sect. 12. נשא libri Num. & in sect. שופטים Deut.16. In Comment. Esth. cap.1. Inde eorum meminit R. Bechai in Comment. Deuter.16. sed pravè citat Vajikra

rabba: in eo enim libro nihil hæc de re.  
 עטלא *Gabata, Scutella*: שחור, שחור, שחור  
 Piger abscondit manum suam in scutella, Hebr. בצלחת, quod Hebræi sic interpretantur. Quidam, In manica, vel, sinu, quod pigrorum & otiosorum est, Prov.19.24. & 26.15.  
 אַחילא *Axilla*: בית השחי Locus axillæ, cavitas nimirum ubi pili nascuntur, R. Salom. Deuter.22.v.5.  
 אַצְרִי *Vastari, Destru*: גללין די שחור Acervi qui vastati sunt, 2.Reg.19.24. Jesa.36.26. idem quod שאר.  
 שחור *Incurvari, incurvare, deprimere se, decumbere*, idem quod שחח, ex qua forma etiam esse possit. Præteritum, חביר שחית *Atratus incurvarem me, atratus, more lugentium, & incurvatus incederem*, Hebr. שחתי, Psal.35.14. עקמית שחית *Torqueo, incurvo me pervalde*, Psalm.38.7. Hæc etiam supra in שוח adducta. Participium, ארום שחן במדרתא *Cum curvati decumbunt (leunculi) in habitaculis suis*, Hebr. Job.39.2. vide & cap.9.13. Apud Rabbinos, שחור id est, Incurvans, deprimens se; Schabbas fol.5.  
 שח *Curvus, incurvus, demissus, depressus*: ממקום ששח *A loco depresso*. Rab. Hoc proprie est א שחח, ut & Hebraicè.  
 שחיתא *Vide infra in שחח*. At שחיתא supra in שוח.  
 שחור *Natare, ut Heb. Jesa.25.11. שחור Natatio, pro שחח*. שחור *Idem, apud Rab.*  
 שחור *Ligare*: רחלות וצאות שחורות *Oves sceminae exeunt (in sabbatho) ligatæ*, Schab. cap.5. in princip. Caudam ovium ligabant ad dorsum, ut mares ardentius eas inirent, & implerent. Vel, שחורות *Nudatæ, detectæ, pudendo scilic. per caudam elevatam*. Sic ibi Gemara explicat.  
 השחי *Acuere, Exacuere, aciem excitare*. Apud Talmudicos, און משחיון ארת הסכין ביום טוב אבל *Non acuunt cultrum in die bono, id est, festivo & sacro, sed traducit eum aliquis super socium suum, id est, super alium cultrum acuendi causâ*, Beza cap.3. in Mischna. Et culter (pollutionem recipit) ex quo eum aliquis exacuerit, nempe die festivo, Kelim cap.14. Targum, ספיה שחור *Gladius ejus exacutus est*, Hebr. קרבן ולטוש Psalm.7.verf.13.  
 שחור *Cos, lapis vel lignum ad acuendum*: משחור *Cos in qua est receptaculum aliquod, in quo scilic. sordes vel aqua subsidunt, profana est ut in ea culter acuatur*, Kelim

Kelim cap. 17. במשחות אפילו להעביר שמנוניתה אסור. In cote, etiam duntaxat ad auferendam pinguedinem ejus, prohibitum est (die festo) traduce-re cultrum, Beza fol. 28. 1.

השחור *Expolitiio, exacutio, actus acuendi.*

**שחח** Quæ hinc esse possint, vide in שוח & שחור.

**שחט** *Jugulare, mactare. Propriè de istorum mactatione dicitur, quorum collum abscinditur, sed inde transfertur etiam ad jugulationem hominum, ut 2. Reg. 25. 7. Jerem. 39. 6. & alibi. Fit hæc mactatio להוליך ולהביא הסכין ducendo & reducendo cultrum mactatorium, sive, ductu & reductu, tractu & retractu cultri, scissione expedita, non per rupturam aliquam aciei, impedita aut retardata: tunc enim mactatio est illegitima. Hinc voluit, hoc Verbum esse significationis משיכה Tractionis vel tractus: unde dicitur והב שחוט Aurum tractum sive ductile, quod trahendo expanditur, & illud est molle & probatissimum, 2. Par. 9. 15. 16. & חץ שחוט Sagitta tracta, quæ tractu arcus emittitur, & emissam rem objectam discindit, Jerem. 9. 8. In Targum non est in usu, sed transfertur per נבס. Judei Germaniæ dicunt Schechten/ Hebræo Verbo in terminationem Germanicam traducto, quod ipsis familiarissimum. Omnibus judæis mactare licitum, exceptis surdo, stulto, & minorenni, ut est in lib. Talm. חולין in principio.*

*Jugulatio, Mactatio, quæ fit tractu & retractu cultri, quæ duo conjunctim dicuntur דרסרה. Apud Rabbinos, שחוטתם שחוטתם Mactatio ipsorum mactatio est, id est, recta & legitima. De Mactationibus agit præcipuè liber Talmudicus חולין & peculiaris libellus quidam, qui vocatur שחוטתם שחוטתם Mactatio & inquisitio, scilicet, rei mactatæ, utrum aliquid vitii habeat nec ne. Hunc quilibet tenere cogitur, qui mactandi artem profiteri annitur.*

**שחל** *Leo. Respondet partim Nomini שחל partim Nomini כפיר, quæ duo ab Hebræis distinguuntur, ut illud Immanem leonem, hoc Leunculum significet: אמר עמלא שחלא בארחה Dicit piger: leo est in via, q. d. periculosum est exire ad operas agri, Hebr. שחל Proverb. 26. 13. Et sicut leo, qui sedet in latibulis, Hebr. וכפיר, Psal. 17. 12. וקל ארום דמתיל Et vox Edom, qui similis est leoni, Job. 4. v. 10. Hebr. וקול שחל.*

**שחל** *Trahere, Extrahere, Educere, Evehere. Præteritum, Ex aquis fluminis extraxi eum, Hebr. משיתחו quod idem, unde & Mosis Nomen derivatum, Exod. 2. 10. in Jon. Targ. Hieros. רליתיה Evexi eum. Onkelos שלחתיה Emisi eum: id videtur pravum.*

R. Salomon priorem lectionem adducit, eamque confirmat usu Rabbiorum, qui dicunt במשחל בניקא מחלבא Sicut qui extrahit pilum ex lacte. Hoc legitur in Berachoth fol. 8. 1. Aruch adducit, sed locum non citat. Item, משחילין פירות דרך ארובה Trahunt fructus per fenestram in die festo, sed non in sabbatho. השחולו הכסול Extractum & levatum, id est, primogenitum habens femur unum quasi luxatum & extractum de loco suo, & unum femur levatum, id est, altius altero & prominens. Id in primogenito vitiosum habetur, & illud propterea rejicitur, Bechoroth fol. 40. col. 1. Beza cap. ult. in Misna. משחל שחיל משום Propterea quia attrahendo attrahit, aquam scilicet vel humorem, Joma folio 78. col. 1.

**שחיל** *Obba, vas ligneum, quo trahitur & hauritur aqua, unde etiam bibitur, ut sunt cantbari lignei intus picati, unde cerevisia bibitur: חצבא ושחיל בר ממטללתא Urceus fictilis & obba lignea extrascenam debent esse, Succa fol. 29. 1.*

**שחלא** *Corbis, Canistrum: חמרין דשפייה בשחלא Vinum sive mustum colatum per corbem viminosum. Aruch explicat, כפיפה מצרית id est, corbis ex virgultis factus.*

**שחלא** *Dolor aurium: Tal. יוצאין בביצת התרנגול Exeunt in sabbatho cum testiculo galli (auri appenso) quod faciunt pro dolore aurium sedando, Schabbas fol. 67. 1. Glossa, שחלא id est, כאב האוזן Dolor auris est, & suspendunt in aure.*

**שחליים** *Ficus immatura, aliàs תיחלים, Grossi, fici qui non maturescunt, serotina. Scribitur cum duplici in Gemara quæ indicat formam dualem. כפר Pagus ficuum, in quo erat abundantia ficuum, Gittin fol. 57. 1. Glossa scribit, esse cibi genus. Est & Herba quedam, cujus semen decimatur. Arab. חבאל שאר, Maaf. cap. 4. R. Sal. vernaculè passim exponit קרישון, quod videtur esse Gall. Cresson, Nassturtium, Erubh. fol. 28. 1. Joma fol. 18. 1.*

**שחלא** *Conceptio, juxta Munsterum. Apud Talmudicos, חמ טעונה חרמא ביעתא בשחלא והא טעונה חמא חרמא ביעתא בשחלא Iste fert tantum unum ovum in positione; iste autem fert multa ova in positione vel partu ovi, Bava kama fol. 55. 1. Sic videtur exponendum. Disputant ibi de avibus quibusdam, quæ heterogeneæ inter se sunt, ac proinde non commiscendæ species illarum, veluti pavo, gallus, & phasianus, anser domesticus & sylvestris, & similes. Anser sylvestris non ponit nisi unum ovum, postea concipit aliud: domesticus, post positum primum ovum multa alia ex eodem conceptu ponit, quæ deinde fovet*

fovet & excludit. **שח** Ova reprobata positionis primæ, Cholin fol. 58. col. 1. Hoc in Aruch exponitur **שח** conceptio prima, nempe ovorum, hoc est, ovorum sive seminis ovorum congeries & multitudo conjuncta, unde singula ad magnitudinem perfectam perducta, postea excluduntur & ponuntur, der Eyerstock / Germ.

**שח** Locustæ species, Talm. Cholin. 65. 2. ubi de esu, usu & differentia variarum locustarum agitur.

**שח** Species una materiæ, ex qua fiebat suffitus aromaticus in Templo, Kerithut fol. 5.

Quod Munsterus, & alii ex ipso, addunt significare etiam Pullum in ovo contentum, de eo in Aruch nihil invenitur, nec quicquam tale apud Rabbinos vel Talmudicos reperi.

**שח** Nigrescere, nigrum esse vel fieri. Præteritum, **שח** Cutis mea denigrata est à me, Hebr. **שח**, Job. 30. 30. Affine Verbo **שח**.

**שח** Nigrum, atrum, fuscum ut calore adustum: **שח** Et omnem pecudem fuscam, Hebr. **שח**, Genes. 30. 32. Et fuscam pecudem inter oves, Genes. 32. vers. 33. Et omne quod est fuscum inter oves, Genes. 30. 40. Hæc præstaret legi ex forma Chaldaica **שח**, ut alibi rectè scriptum, **שח** Et creavit eum rubrum, nigrum & album, Genes. 2. 7. in Jonathane. Plurale; **שח** Qui nigri sunt, id est, tetri, à frigore, Hebr. **שח**, Job. 6. v. 16. Sic apud Rabbinos: **שח** Hydriæ fuscæ Gentilium, **שח** fol. 33. 2. Glos. רושא.

**שח** Rubrum, Triticum rubrum, adustum à calore solis. Fœm. **שח**, Bava basra cap. 5. in Misna. Glossa ארום.

**שח** Idem, in Talmud Hieros. Maaser scheni cap. 4. pro **שח**, elisâ gutturali pro more illius dialecti.

**שח** Calor, æstus, quasi à **שח**, ut sit **שח** additium, ut sapè: **שח** In quocunque loco oritur ipsi calor: Glossa, חמימות, Talm. Bava kama fol. 49. 1. Hoc Munsterus explicat Locum vacuum. Pro Calore melius esset **שח**, quæ Radix hoc sensu usitatissima. In Jalkut fol. 88. 1. explicatur **שח** Percussio.

**שח** Calefcere, calidum esse vel fieri. calefcere. Præteritum, **שח** ולהא **שח** עלי, Et quando incaluit sol super ea, liquefcebat, Hebr. **שח** Exod. 16. 21. Et non incaluit ipsi, non calefciebat, vel, non erat calor ipsi, Hebr. **שח**, 1. Reg. 1. v. 1. Et calefcit, Heb. **שח** Jefa. 44. 15. Etiamque calefcit, & dicit, **שח** Ah, concalui, vidi

vel sensu ignem, Hebr. **שח**, Jefa. 44. 16. Futurum, **שח** וליחר איכרין **שח** Uni autem quomodo calefcet? Eccles. 4. 11. Pabel, **שח** Calefcere. Huc referendum videtur, quod legitur, **שח** על בניא רלא, Calefcit pullos non suos, Job. 39. 19. Ex hac Verbi significatione legendum esset ex tertia femina Præteriti **שח** vel ex Participio feminino **שח**, ut mox in simili sensu & locutione sequitur in Participio. על pro ית. Vel si retineatur על, tunc legi possit ex Pehal, **שח** Calefcit, Incalefcit, pullos scilic. fovendo & illis incubando: tunc enim matres summè calent. In Hebræo est **שח** quod Hebræi aliter exponunt, pro Indurare, Obdurare, Durum, crudelem esse. Sic **שח** aliter explicari hic etiam possit, ut mox infra. Participium, Sicut perdix quæ congregat ova non sua, **שח** אפרוחין דבתרוחי לא, & calefcit, id est, calefciendo & fovendo excludit pullos, qui eam non sequentur, Jerem. 17. 11. Participium passivum, די לבושך **שח** Quod vestimenta tua sint calefacta sive calida, Hebr. **שח** Job. 37. 17. Femininum, Et si calefacta fuerint, id est, calefciendo exclusa, scilic. ova aspidum, Jefa 59. vers. 5. Futurum, **שח** ותשחן לרבוני מלכא, Et calefciat dominum meum regem, 1. Reg. 1. 2. Sic legendum esse, sensus docet. Præcedunt enim tria Verba tertia femina, quæ de puella virgine dicuntur, quæ regi seni adjungebatur, ut ejus calorem languidum excitaret. **שח** ומנותא ראמרי ישחן, Et de vellere ovium mearum calefcit, Hebraicè **שח**, Job. 31. 20. Apud Rabbinos, שנה שחונה, Annus calidus & pluviosus, Joma fol. 53. col. 2. Item, Quinq; virtutes dicuntur de allio, Saturat, **שח** Calefcit, nitidam reddit faciem, auget semen virile, & occidit pediculos pubis, Bava kama fol. 82. 1. Sic dactylis suæ sunt virtutes, de quibus legitur in כתובות fol. 10. 2. & in גיטין fol. 70. 1. nempe Saturant, **שח** calefciant, laxant alvum, corroborant corpus, sed non oblectant cor ægrotantis.

**שח** Calor, Æstus: **שח** לבשין ולהן **שח** Vestiant se, sed nullus calor est ipsis, non calefcunt vestibus, Hag. 1. 6. **שח** וישחן להן בסתוא, Et calor est ipsis in hyeme, concalefcunt invicem, Eccl. 4. 11. Sicut æstum serenum solis, **שח** כענן טל בשחן חצר, Sicut nubem roris in æstu messis, Jefa. 18. 4.

**שח**. Utrumque legitur in veteri quodam & communi adhuc adagio, diversimodè lecto & accepto. **שח** Calidus, Calens. Sic legit & accepit illud Author Aruch, qui Radici **שח** id apposuit, his verbis: עבר מלך במלך: משל חרווט. Proverbium vulgare: Servus regis est quasi rex: adhere calido & calor erit tibi: ad verbum

ad verbum & *calescet tibi*. Servi regi proximi, aliquid dignitatis & splendoris à conversatione cum rege accipiunt, ut sint & ipsi quasi reguli quidam, respectu inferiorum & vulgariū servorum. Quali quis socio gaudet, talis habetur. Sicut qui calido se tempore frigoris associat, calefit & ipse, caloris aliquid à calente accipiens: sic qui cum viris honoratis & in dignitate positus conversatur, aliquid quoque ipsi honoris & dignitatis affricatur, ut & alii ipsum honorent. Author Aruch adducit illud ex Bereschith rabba, sect. 17. Sic olim liber iste distinctus fuit: hodie legitur sectione 16. verbis quibusdam parum mutatis, משל הדיוט אומר עבדא דמלכא מלכא, *Proverbium vulgare dicit: Servus regis est & ipse rex: adjunge te calenti, & calefcet tibi*. Prius membrum formâ Chaldaicâ effertur, alterum Hebraicè. Glossator ejus libri: רבוק id est, הדבק, adhæresce, adjunge te. Sic & Elias legit in Radice שחרר in suo Tisbi. לשחון id est, ויחם, Viro calido. לשחון id est, ויחם, & calefcet, id est, calor erit vel accedet etiam tibi. Sic Glossator ille hunc locum ex mente Aruch explicat, unde & in Aruch in שחון Calendi significato adductus, & ex Targum confirmatus. In aliis libris paulò aliter citatur, sensu tamen in idem redeunte. In libro ילקוט Jalkut, fol. 7. col. 2. ad Genes. 2. ubi quatuor fluminū paradisi mentio fit: עבר מלך מלך הדבק לשחון, ויחם. Rabbi Salomon Genes. 15. 18. eodem modo, nisi quòd pro ויחם ויחם habet ויחם, quæ idem significant, Et incurvabunt se tibi, id est, honorem tibi incurvatione corporis exhibebunt. Sic & R. Bechai, Genes. 15. Rursus R. Salomon Num. 16. 15. scribit שחור. Drusus pro שחון aut שחור, mavult scribere שחון Augustus, Princeps adoratione & honore dignus, cui honor corporis incurvatione exhibetur, à שחור, unde השתחוו, quod noti usus est. Litera ך autem in fine Nominum frequenter in tali formatione usurpatur, ך verò nunquam servilis est. Sic & Elias in Tisbi, in Rad. שחור legit שחור & exponit Dominatorem in potestate constitutum. Item R. Isaac Abarbenel in Pirke avoth cap. 3. At verò שחור Hebræis est idem quod שר, Princeps, præfectus, moderator. Sic apud Talmudicos, שחור, ויהי ליה ולחמריר לשחור, Tradidit ipsum asinumque ejus principi, sive, præfecto, Bava bathra fol. 47. u. שחון verò nunquam mihi lectum, sed constanter apud Hebræos in adagio isto legitur לשחור, Aruch excepto, qui aliter illud adagium accepit, nempe, Accede ad calidum & calefcet. Vide Drusium dicto loco: & supra in Rad. עבר. Munste-

rus in שחר ponit, שחון Obsequium regium, id est, angaria regia, opera servilis quæ regi aut principi à subditis præstatur, Frondiens. Id puto esse שחון Drusii, aut שחור quod R. Salom. Num. 16. 15. Angariam exponit, ut & Aruch in שחר postremo.

שחון *Ulcus, apostema cum inflammatione & calore excedente: והיה שחון ושלפוקין* Et factus est (pulvis iste) ulcus & pustulæ, Exod. 9. vers. 10. in Jon. לשחון כפי In ulcus plurimum, vers. præc. in Jon.

שחנה *Idem, Exod. 9. 10. in Onkelo: מן קדם ועל בעירא לשיחנה* Propter ulcera, ver. 11. מן קדם לשיחנה vers. 9.

שחנה *Onus, Sarcina*. Hinc vulgatissimum apud Hebræos *pro verbium, שחנה גמלא* Juxta camelum erit onus; *Pro camelo sarcina: Ut sunt cameli & cujusque vires, ita imponendum ei onus, ne scilicet sit dorso aut humeris gravius, eoq; opprimatur. Nec etiam suscipienda viribus majora. Qui autem ingenii corporisque viribus amplè valêt, ipsis quoque tanto plus imponendum, aut etiam suscipiendum, ne vel ocio torpescant, aut viribus ferociant. Vide Adagia Hebræica Drusii, Decur. 5. Apud Talmudicos legitur in Sota fol. 13. 2. Ketubhot fol. 67. 1. & fol. 104. 1. & alibi sæpè. Item in Bereschith rabba sect. 19. in princip. non 2. ut in Drusio notatum ex Aruch, Medr. Schem. par. 7. Aruch vult esse Arabicum. Hinc possit esse illud Jobi, שחנה על בניה דלא דיליה* Onerosa, gravis, dura, crudelis est erga pullos non suos, id est, quasi non sui sed alieni essent. Vide in princip. hujus radice.

שחף *Ire, incedere rependo & serpendo, ut faciunt que serpentina speciei sunt: Proripere se. Participium, שחף ולאחריה שחף* Et in locum suum paulatim proripit se (sol) & it versus abyssum, oriturque rursus ex eo loco, unde antea ortus fuerat, Eccles. 1. 5. כל רשחף על מעוהי Quicquid it in ventre suo, Hebr. כל הזלך על נחון, Onkelos & Jonathan מלך, Levit. 11. 42. in Targ Hierosol. Sic ex forma Participii illud legendum juxta Hebræum & Onkelum. Sic & Elias ponit cum Kametz ab initio. Aruch & Elias adducunt quoque Targum Hierosol. ex Genes. 3. 14. על מעד In ventre tuo eris serpens vel incedens, Heb. על גנוגך תלך. Sed id in impressis libris hodie non extat, quantum ego vidi.

שחפין *Cortices ramorum, juxta Aruch. In Gemara, וליתי שחפי לישרי התם* Et afferat cortices, projiciatque illic: Schabbas fol. 110. 1. In Glossa scribitur שחפי. Explicatio, ענפים וקיסמים, & fragmenta ramorum, & quicquid se invicem col-

cem collidit & sonum edit, quando quis per illa incedit. In Aruch legitur שחפי קניא, id est, קליפות הקנים.

לשחופי Evellere, Everrere, Extrahere: נהרא Ad everrendum fluvium, id est, extrahendum herbas & folia fluviis tenuioribus innascentia, Moed katon fol.4.2. ומשחף ליה Et expellit eum, Nidda fol.26.1. Sic citatur in Aruch: in Talmud est משלחף. Prior lectio melior.

שחף Tabere, Tabescere, consumi carne & viribus. Tabidum fieri. שחוף Tabidus. Hic ut ad omnia languidior aut impotentior, sic quoque ad Venerem, ut eâ vel non utatur, vel siccam exerceat. Hinc Munsteri interpretatio intelligitur, quæ ex Aruch desumpta. Legitur in Sota folio 26.2. שחף Tabefacere.

שחפת Tabes, phthisis, consumptio & corruptio corporis. Chal. שחפתא idem, Levit. 26.16. Deuter.28.22. R. Salomon Tumorem, Inflationem exponit, & sic Judæi Germaniæ ein Geschwulst. Et Verbum שחף Tumescere, inflari. שחף Tumidum, inflatum reddere.

שחפא Avis immunda genus, Levitic. 11. v. 16. Deut.14. v.15.

שחף Leo ferox & ferus, fera bestia. Regia Biblia pro כפיר Psalm. 17. v. 12. habent Veneta שחף, & Targum בני ארון Catuli leonum, pro Heb. בני שחף Job.28.8. Apud Rabbinos, שחף Ferocia, Superbia, Arrogantia. Hinc Talmudici, אנשי ירושלים אנשי שחף היו אדם אומר, לחבירו במה סעדת היום בפת עמילה או בפת שאינה עמילה בין גורדלי או בין הרדלי וכו' Viri sive cives urbis Jerusalem, viri feri, leonini, id est, superbi, irrisores, scoptici, præfracti erant: alter alteri dicebat, quid comedisti hodie? (quo cõcubitu hac nocte usus es?) num panem amyllum (vide rad. עמל) an panem non-amylum? (an cum vidua, an verò cum virgine) num bibisti vinum Gordalinum (à loco sic denominatum, & album erat) an verò Chardelinum (id subnigrum erat ex rubro id est, num albâ aut nigrâ, pulchrâ vel deformi muliere usus es?) num decubuisti in lecto lato vel angusto, &c. Scoptica erant & דברי זנות, ut loquitur scholiastes, Schabbas folio 62. col.2. שחפין Homines feri, insolentes, superbi, arrogantes, Jalkut Tehil. fol. 115.1. Glossa גאים.

שחפין Superbus, elatus, arrogans. Fœmininum, שחפנית: unde, נשים שחפניות, Mulieres superbæ & arrogantes, Talm. Hierosol. Schab. cap.6.

שחף Contundere, Conterere, Comminuere. Et contundes ex eo ותשחוק מנה ותריק & comminues, Exod.30.36. השחף Contundi, In pulverem redigi, à Nomine שחף Pulvis, qui ex contusione oritur, R. Sal. Jesa. 40.15.

שחוק טמא, vel שחוק עצמות vide in טמא.

שחוק Detrita vestimenta: ובלאי טפסן ושחוקן Et veteramenta lacera & detrita, Jerem.38. vers.11. Et detritorum suorum non recordabuntur amplius, Proverb.31. v.7. Apud Talmudicos, הא בחרתי הא בשחקי רכיתנא Illud de novis, hoc de tritis frustis linteï intelligendum, Nidda fol.17.1.

שחיקה Contusio, Contritio, Communitio: calvitium, glabretum, locus calvus sive glaber. Ponitur semel pro Hebræo קרחת: ut, בקרחתו או בנכחתו, בקרחתו או בשחיקותיה In attritione sua, scilicet veteri, & novitate sua, id est loco glabro & quasi novè attrito, Levit.13.55. קרחת Volunt esse glabritiem in capitis parte posteriori, quæ in panno aut veste est pars interior, quæ glabrities anterior, sive in anteriori parte capitis, quæ in veste est pars exterior, ob certam causam, veluti lepram, glabra facta. Vide R. Sal. Levit. 13.

שחקים Nubes suprema, Cali: וער שחקים קושטך Et usque ad nubes suprema veritas tua, Psal.57. vers.11. ואסתכי שחקים Intuerè nubes suprema, quàm altæ sint super te, Job.35. v.5. תרקיע עמיה Expandistine cum eo nubes suprema vel cælos, Job.37.18. הימנותך ער שחקי Fides tua usque ad cælos vel suprema nubes, Psalm.36.6. קלון יהו שחקי Voces emittunt nubes suprema, Psalm.77.18. ופקוד שחקי מלעיל Et præcepit nubibus supernè, Psalm.78. vers.23. Et singulariter, וסהיר בשחקים Et testis est in cælo fidelis, Hebr. בשחק, Psalm.89.38.

שחוק Extensum: תפה שחוק Palmus extensus, id est, paullò major communi & recto, quando scilicet. digiti non conjunguntur arctè, tunc pauxillo palmus fit latior: Talm. Succa fol.7.1. Ab Hebræo שחך Ridere, amplè scilicet. & pleno ore atque distento.

שחר Aurora, Heb. In Targum est rarissimum. Nam ascendit columna aurora, Genes.32.26. in Targ. Hierosol. אפורא רשחרא, Aliàs ferè per קריצתא transferri solet; Gen.19.15. in eodem Targum.

שחר Manè, tempus matutinum: תמלת השחר Precatio matutini temporis. השחר Matutinum esse, Manè aliquid agere. Sic, העריב Vespertinum esse, פשחיר & ad seram noctem aliquid agere. ומעריב בתורה Diu noctuque studeat in Lege sive Verbo divino.

שחרה Vigiliatio, actio matutina: דברי תורה Verba Legis opus habent studio matutino & vespertino, diurno nocturnoque, Vajikra rabba sect.19.

שחרית Idem. תפלת שחרית Precatio matutina.

tina. Sic, תפלה ערבית, Precatio nocturna, quæ accedente nocte post occasum solis dicitur: תפלה מנחה, Precatio vespertina, quæ sub vespere, id est, tertiam vel quartam horam dicitur, quæ tria sunt solennia tempora precum sacrarum.

II. שחר *Petere, Expetere, Desiderare, Requiere, Postulare, Exigere. Futurum, לית מן רישחר, Non est ullus qui requirat aut roget ipsum, Jefa. 8. 21. Participium, כל דהו משחרין למינס, Quicumque expetebant rapere, Jefa. 29. 20. Huc & illud revocari potest, quod aliter explicant alii, ית תורא דמן דברית וחקרא דמן שחרית, Cujus bovem accipi, aut cujus asinum petii? Hebr. לקחתי. 1. Sam. 12. v. 3. לא חקרא דחד מנהון שחרית. Nullius asinum unquam petii, Hebr. נשאתי. Num. 16. 15.*

III. שחר *Angariare, Cogere, Adigere ad operas serviles regi aut principi præstandas. Eo sensu quidam exponunt duo præcedentia loca, ad quorum postremum R. Sal. scribit: שחרית est lingua Aramica sive Syriaca, & sic vocatur אנגריא, Angaria regis, hoc est, שחר, in lingua Aramæa sive Chaldaica aut Syriaca est Angariare, cogere, adigere subditos ad serviles & gratuitas operas regi aut principi præstandas, unde etiam est in eadem lingua שחר, Princeps, qui angarias postulat, qui angariare facit, qui ad operas serviles adigit. Vult autem R. Salomon, non intelligi hic rapinam vel prædam, sed Mosén dicere, se, cum ex Midjan in Ægyptum proficisceretur, aut postea ex Ægypto migraret, nullum adegisse, ut asinos, mulos aut camelos sibi gratuito darent ad itineris sui impedimenta, uxorem, liberos, supellectilē, aliaq; onera ferenda, sed se suis usum esse, idque paraphrasten Chaldæum rectè explicare per שחרית, q. d. Nullum angariavi vel adeggi, ut sua animalia mihi gratis ad meos usus exhiberet. Sic apud Talmudicos: וידית דמסחרי לך פרסאי, Vidisti in somnio, quòd angarient te Perfæ, Berachoth folio 56. col. 1. Glossa, עושין כך עבודת המלך, Faciunt per te operas regias.*

IV. שחר *Hebr. Nigrescere, Nigrum, Atrum esse vel fieri. מושחר, Idem, & Nigrum facere. אטראט, Nigrum factum. Apud Talmudicos, מכי משחרי כותלי, Ex quo nigrescunt parietes, id est, ex quo dies inclinatur, vespere appropinquat; quia tum parietes, qui versus orientem spectant, quasi nigrescunt, Joma fol. 28. 2.*

*Niger, Ater, Nigrum, Nigricans: שחור, Qui vovet (se abstenturum) à nigris capite, Nedar. cap. 3. עד שירבדו השחור, Donec multiplicetur nigrum, id est, donec pilis locus ille nigrescat, Niddah cap. 6. in Misch-*

na. Sic alibi, עד שירבדו השחור על הלכן, Donec multiplicetur nigrum super albo, Ketubhoth fol. 36. col. 1.

*Nigredo, Atror: Carbo: In Targum, ונפח נור בשיחורין, Et sufflat ignem in carbonibus, Jefa. 44. 12. & 54. 16. Hebr. פהם. Apud Talmudicos, כתבו באבר בשחור ובשיחור כשר, Si scribant plumbo, carbone, aut atramento (scil. in Sabbatho) id rectum est, Schabbas fol. 104. col. 2. שחור שיש בו אפר כותשין אותו, Carbo in quo est cinis, contundunt eum, Parah cap. 3.*

*Atror, Nigredo: Melancholia: בעלי השחורה, Melancholici: שחורתא, שחורתא, שחורתא, Nigredo parietum, Bava kama fol. 20. col. 2.*

*Forfex minor, forficula: major dicitur. וזו שחור. Quidam Novaculam exponunt, Kelim cap. 13.*

*Nigredo: Juventus, à nigredine capillorum sic dicta, unde שחור השער, Juvenis dicitur Niger capillis, aliàs בחור quasi Electus ad quaelibet peragenda: vel, quia juvenus ætatis virilis aurora est, ut senectus vespera: מלאך התשחורת, Angelus nigredinis, id est, mortis, qui facit ingrescere faciem hominis, aut, ut omnia nigra & obscura ipsi sint. In Medr. Echa cap. 2. v. 11. בן התשחורת, Filius nigredinis, id est, juvenis. In Pirke avoth sive Capitulis patrum cap. 3. הוי קל לראש ונוח לתשחורת, Estote levis sive velox erga caput, & facilis erga juventutem sive juvenem. Magnati, regi, principi alacriter officia præstanda sunt, & ad nutum ejus: ne tarditatem aut difficultatem obsequii, sævitia ejus mulctet. Non sic erga juvenem, ne si nimis facilem & familiarem te deprehendat, te contemnat: aut in se insolescat, & modestiæ, quæ juventutis singulare est decus, obliviscatur. Vide Fagii & Drusii in eum librum Notas. נוח, non significant propriè Lentum aut tardum, ut Fagius hic explicat, sed Facilem, expeditum ac promptum, aut id quod facile & expeditum est, ideoq; etiam gratum, ut ea quæ per quietem quasi & sine omni molestia expediuntur. Vide נוח.*

*Princeps, præfectus, dominator, ad angarias sive operas serviles subditos adigens & cogens. Author Aruch videtur accipere pro ipsa Angaria sive Opera servili. Apud Talmudicos, דורה ממטי ליה, Fuit tradens ipsum & asinum ejus principi sive præfecto, Bava bathra fol. 47. 1. הורה מוסרו לעבודת המלך כנון, Tradidit ipsum operæ, sive, ad opus regium præstandum, id est, angariam. Ad hunc sensum adducit quoque תשחורת. Unde Don Isaac Abarbenel in Pirke avoth scribit ex Rabinis aliis: ונוח לתשחורת, scil. ad exsolvendum tributum. At שחור accipit pro eo, qui*

qui tributis & angariis regiis exigendis præfectus est: ait enim; שחור על זה נקרא שחור. Nam præfectus huic rei (tributis & operis exigendis) vocatur שחור. Eò adducit etiam adagium illud, Adhære præfecto, & honorem exhibebunt tibi. Sic Hebræi omnes, quantum hæctenus vidi, legunt שחור non שחון, & deducunt à שחר ex Chaldaica significatione, ut supra explicatum est.

שחר Manumittere, liberum dimittere, libertate donare. Elias in Tubi suo vult esse à שחר per geminationem tertiæ radicalis, sicut dicitur סנר a סנר. Possit etiam esse à חרר per prosthesin literæ ש, ut sepe. Præteritum Pabel, ושחררת ליה ית אמתא בלחה. Et ipsa liberam dimisit eam ipsi nempe ancillam Bilha, Hebr. ויתתן לו. Et dedit ipsi Bilha ancillam suam, Genes. 30. v. 4. 9. in Jonathane. Passivum Ithpabel Participium, דמשתחררו בשנא ועינא. Qui (sc. servi Cananæi) liberi dimittuntur cum dente & oculo, Exod. 21. 7.

Apud Rabbinos Talmudicos, בתך בנרה שחרר עכר, Ubi filia tua adulta vel pubes fuerit, manumitte servum tuum, & dato eam ipsi, Pesach. f. 113. 1. Monuerunt eo, filias ultra pubertatis annos non esse diu à conjugio detinendas, ne ad scortandum alliciantur.

שחרר Manumissus, liber dimissus. Heb. חפשי Liber, Chald. בר חורין, Exod. 21. Deuter. 15. in Targum.

שחררה Libertas, in libertatem dimissio: Dimissio ejus non fuerit data ipsi, לא אתיבה ליה, Levit. 19. 20. in Jonathane. Apud Rabbinos, מצא מציא Invenit aliquis literas repudii uxorum, aut manumissionis servorum, Bava mezia fol. 18. 1.

\* שחה Vide supra in שחה.

שוחתא, שוחתא, שוחתא vide in שוח.

שחת Pabulum recens detonsum vel resectum demessum pro jumentis, idem quod Hebraicè. Apud Talmudicos, הקוצר לשחת Qui demetit pabulum, Talm. Pea cap. 2. תבואה שניתנה לשחת Herba tritici sive frumenti quæ data est in pabulum, Pea cap. 6. Nempe triticum sive frumentum in herbam primam excrescens, solet luxuriare, unde in multis regionibus detondunt & depascunt eam. Glossator hîc dicit, שחת est לאכילה id est, herba resecta pro pabulo equorum. Vide & in Schab. fol. 155. 1. Bava bathra fol. 36. 1. Kidduschin fol. 62. 2.

שחתא Idem. Targ. דמתנויות שחתא דמלכא. Postquam esset abscissum pabulum herbarium regis, id est, pro usu equorum regionum, quibus prima sectio cedebat. Heb. אחר גוי הפלך Amos 7. v. 1. Prima autem sectio fiebat, antequam tri-

ticum ascenderet in culmum. Hæc dicitur גו: altera similiter luxuriosè renascens, cum abscinderetur, dicebatur לקש in herbis, in pluvia מלקוש. Aben Esra hoc loco.

Corrupti, perdi. ורשחית Et quod corruptum est, Levit. 22. 24.

Corruptio, Corruptum, Corruptela. Formam habet à שחה, sed in eo Verbo Corrupendi significatio non invenitur. Est autem ab Hebr. שחת, Corruptum, Perdere quod per se Radicem constituit: Percolasti me, sed non invenisti corruptionem, sive, corrupti aliquid, Psalm. 17. 1. ושלחת ביה עלא ושחיתא. Quod non inveniretur in illo machinatio aliqua aut corruptio, Ruth 4. 22. מלה כדבה ושחיתה. Verbum mendax & corruptum, Dan 2. 9.

pro Corruptione hic poni posset, sed pro Fovea positum supra in שוח.

Nates, vel, Morbus natium. Vide in רשח.

שטח Stultescere, Insanire, Stultè vel Stultum aut insanum agere

vel fingere se. Præteritum, ושתשי בנו ביתא Et infani more agebat domi, Hebr. ויתנבא. Et prophetabat, id est, putabat se prophetare, sed היה לך מדבר דברי שטות loquebatur verba stultitiæ, 1. Sam. 18. 10. Sic, ושתשי על אנורא Et insaniebant circa vel super altare, insanorum more falliebant, 1. Reg. 18. 26. ושתשיא עד למסק מנחתא Et infanos agebant usque dum adveniret vespera, Hebr. ויתנבאו. Et prophetas agebant, stultitiam proloquebantur, 1. Reg. 18. 29. ותהי משתשי Fiesq; insanus, amens, propter visionem oculorum tuorum, Hebr. משנע Deuter. 28. 34. וכןברא דמשתשי Et sicut vir qui insanit propter vinum suum, Jer. 23. 9. ער אימתי ארת, Faemininum, Quousque tu insanam agis? Hebraicè משתשיא Ut ebria agis, 1. Sam. 1. 14. Infinitivus, לאשתטארה קרמי Ut insanum agat coram me, Hebr. להשתגע 1. Sam. 21. 15. Hiphil השטח Stultè agere, Ludere, Jocari: משטח אני בך Jocatus sum tecum, Bava kama fol. 117. Jevam. fol. 107. Gittin fol. 78. Vide. לא כיון אלא להשטח Non intendit nisi jocari. Vide Chosen hammischpat num. 81. ubi disputatur, Quando quis dicere possit משטח אני בך, cum ad proximum suum dixit, se hoc vel illud ab eo mutuo accepisse; hoc est, quando se excusare possit, se hac confessione tantum lusisse, seu jocatum esse: Non משטח בשעת מיתה: Non jocatur homo in hora mortis, Bathra fol. 175. 1.

Stultus, Insanus, amens: נאמר שטי הוא Nam vir stultus est, 1. Sam. 21. 14. Emphat. מה דין אתא Quare venit stultus hic ad te? 2. Reg. 9. v. 11. אמר שטח בלבביה Dixit stultus in corde

corde suo, Hebr. נבל, Psalm. 14. 1. In ore stulti, Hebr. אין מחירה Proverb. 14. 3. אין מחירה ליה לשטיא Si contundas stultum in mortario, Proverb. 27. 22. Plurale, חסר שטיא אנה, Num. ca-reo stultis ego? Hebr. ועם משגעים 1. Sam. 21. 15. Et cum stultis ne commisceas te, Heb. עם שונים Prov. 24. 21. Femininum singulare, ושטיא בידה עקרא ליה Sed mulier-stulta manibus suis evertit eam, Hebr. ואולת Et stultitiae mulier, Prov. 14. 1.

Idem, apud Rabbinos: השוטה אין מקהו Emptio stulti non habetur pro emptione, neque ejus venditio pro venditione. In Gemara vocatur בר שטיא, Ketubhoth fol. 20. v. 1. איזהו שוטה כל שעושה מעשה זר דרך In Chagiga cap. 1. Quisnam est stultus? quicumque facit aliquid inconueniens ex stultitia.

Stultitia, insania, dementia: ולאקרא בשטות: Et apprehendere, sectari stultitiam juvenum, Eccles. 2. 3. Emphat. מן שטותא Prae stultitia, Eccles. 2. 13. Et alia forma שטותא Prov. 26. v. 9. in Venetis. Legendum שטותא vel שטיותא. Abud Rabbinos, דברי שטות Verba stultitiae, verba stulta, res stultae: נתעסקו בדברי שטות Occupati sunt rebus stultis & inanibus: Spiritus roth שטות infaniae. Proverbium, לאורה שטותיה, Redit stultus in viam stultitiae suae; ut scil. canis ad vomitum, & sus ad volutabrum: Vajikra rabba sect. 16. ad Proverb. 26. 11. Ut canis redit ad vomitum suum, sic stultus oberrat in stultitia sua, eamque subinde iterat & repetit, quod vult verbum שוטה.

Stultitia gaudio est vecordi, Hebr. אולת Prov. 15. v. 21. Stultitia stultorum deceptio est, Hebr. ואולת Prov. 14. 8. Cum Affixis, לא מעביר מניה שטיותיה Non remouet ab eo stultitiam ejus, Prov. 27. 22. Et in multitudine stultitiae suae errat, Prov. 5. v. 23. Stultus autem in stultitia sua corruit, Prov. 17. 12.

Lusus, Focus, Focatio: שוב אינו יכול למעון השטאה Non amplius potest uti argumento vel probatione jocationis, hoc est, non potest se amplius excusare, quod, dicendo hoc vel illud, tantum jocatus fuerit, Chosen hammischp. num. 81.

Declinare, Decedere, Recedere. Hebr. שטה. Hoc in Targum dicitur סטה, quod vide suo loco. Declinans mulier, a lecto mariti declinans ad lectum alterius: נשתטה Declinare, decedere, concidere sub onere, declinare a ferendo. שטה Declinans, recedens: Plurale, ושטין מן פקודיה Et declinantes a praecipis, Psalm. 101. v. 3. סטות

Declinatio, recessio: לא ידבק בי סטות Non adhærebit mihi recessio à præceptis tuis, Aben Esra ad præcedentem locum.

Expandere, Extendere, ut Hebr. Respondet etiam Verbo נפל, quando cum Nominine פנים construitur, unde est אשתטה Prosterne, prosternere se, projicere se prouum in faciem honoris exhibendi causa. Non semper tamen; ut Gen. 17. 3. 17. Hebraeum נפל in Targum retinetur. Sic Jos. 7. 10. per רמי transfertur, & alibi per מתרין. Hoc propter Eliam monetur, qui scribit פנים נפילת פנים Omnem locutionem Verbi נפל cum פנים transferri per שטה, in Targ. Hierosol. Id nequaquam verum est. Confer & videbis. Præteritum, ושטחת עלוהי Et expandit super illud molam, sive, grana contusa, Hebr. ותשטה 2. Sam. 17. v. 19. ושטחו להון Et expanderunt sibi expansiones (coturnicum) circa castra, Num. 11. 32. id est, coturnicum acervos collectos hinc inde expanderunt, ne conjunctae corrumperentur. Futurum, ושטחו על שיהנה Et expanderunt super ulcus, Hebr. וימרחו Jesa. 38. 21. Sic legunt ibi Regia: aliter Aruch & Veneta. וישטחונו Et expandent eos soli, Jerem. 8. v. 3. Aphel Participium, משטה Expandens rete populis, Hebr. מצורתא לאופינה Job. 12. 23. Ithpehal vel Ithpabel, Præteritum, ואשתטחית קרם וי Et prostravi me coram Domino, Hebr. ואתנפל, Deut. 9. 25. Sic ibid. vers. 18. Et prostravi me in facie meam, Hebr. ואפול על פני Ezech. 1. 29. Sic Ezech. 43. 3. Fuit proster-nens se in faciem suam, Num. 24. 4. in Jonathane. Futurum, וישטחו למבעי מניך Et prosternent se ut supplices petant à te, Heb. וישטחו Jesa. 60. vers. 14.

Expansiones, res expansa, ut antè Num. 11. משטחו Idem. Sic Elias Num. 11. legit, & R. Sal. ibidem ad Verbum וישטחו scribit: עשו אותן משטחו Fecerunt eas expansiones expansiones, id est, variè hinc inde eas expanderunt in circuitu castrorum, ne conjunctae factorem contraherent.

Expandit, exponit ea soli, ut scil. exsiccentur, Schabbas cap. 22. Expandi, distendi.

Expansum: Pellis strata in terra, loco mappa lineæ, vel loco pulvinaris, cum olim, in terra discumbentes, pranderent: Kelim cap. 24. & 28. Plurale, שטחין Clitella, ephippia sarcinarum, pulvinaria mulis instrata, quibus onera ferunt, ne dorsum rodatur vel vulneretur: Apud Talmudicos, שמה ועשה אדם קורות אביו ואמו שטחין לחמור Ne fortè faciat homo pelles patris vel matris suæ clitellas asini, Nidda fol. 55. 1. In Medr. Thren. fol. 62. 3. ad illud



ad illud Ezech. 12. כלי גולה scribitur: Quid sunt כלי גולה Vasa transmigracionis, exilii? Uter, Stratum vel Culcitra, & Scutella.

משטח Expansio: כביש חקל משטח קצרים In via-strata agri expansionis fullonum, 2.Reg.18. v.17. Pannos scil. lotos solebant in agro expandere foli, inde vocatur Ager expansionis. Vide etiam Aruch in litera ח, משטח.

משטחין. Apud Talmudicos, Quare (Num.11. v.32.) dicitur primò וישטחו & mox שטחו? Docet, משטחין שירר להם משטחין משטחין, id est, ordine & serie per lineas & areolas quasi distinctæ: Joma fol.75.col.2. Eò respicit R.Salomon ad locum Numerorum, ut antè adductum. In Glossa Talmudica scribitur; משטחין vernaculè sive Gallicè dicitur ליטרירש Lictieres.

שטח Extensio: Linea, quæ est puncti extensio: Superficies: circumferentia: שטח Linea, extensio recta: שטח הארץ Superficies terræ. Hinc in Comment. R.Levi, איך יעש שטח Quomodo faciat extensionem, id est, descriptionem, figuram quadrati recti in figuram circuli recti, Proverb.30. ad finem. שטח העיגול Circumferentia circuli. Sic; In conjunctione plurium sexangulorum impletur omnis circumferentia & vacuitas: sic & quadrangula plura implent omnem circumferentiam: non sic plures circuli.

כמו Superficiarium, Expansum, Latum: שטחית Sicut videtur ex superficialia consideratione, Abarb. in Dan. fol.71.2.

שטח Arboris nomen, cujus ligna ad edificia, tam ad necessitatē, quam ad ornatum, sunt selectissima. Hebræi volunt cedri esse speciem præstantissimam. Cedro annumeratur Esajæ 41. v.19. Ibi septem genera arborum enumerantur, quibus addiderunt Talmudici tres alias species, ita ut decem cedrorum species enumerent in libro ראש השנה Rosch haschana fol. 23. 1. Istæ hodie sunt incertæ, & non satis notæ, unde suis authoribus relinquuntur. Decem illæ species repetuntur in Bava basra fol.80.2. & Taanis fol.25.2. Septem species apud Jesaiam sic explicantur: ארו id est, Cedrus per se, שטח id est, חורניתא, id est, Pinus. הרס id est, מירטוס Mirtus. עץ שפן id est, אפרסמא Balsamum cujus oleum dicitur opobalsamum vel oleum balsaminum: תרהר id est, ברוש Abies, Gallicè Sap. sapin. שטח id est, כרתא Buxus: תאשור id est, שרכינא, quod fortè est Sorbus, arbor procera. Ita Talmudici & R. Salom. Variant interpretes alii. His postea adjecerunt tres alias species, אלונים: אלמונים: אלמוגן: אלונים id

est, Ulmus: בוטמי id est, Quercus: בלוטו id est, אלמונים Coralium. R. Salomon scribit: Species עץ ligni est, crescens in fundo maris, cujus nomen est קוראלו. Porro שטח in singulari numero rarum est, nisi fortè in Targum Hierosolymitano: ut ארונא דקיסי שיטא Arcam ex lignis Sittim, Exod.25.10. in Jonathane. Sic, אריו דקיסי שיטא Vectes è lignis Sittim, ibid. ver.13. Scribitur per י post ש, quasi per vocalem longam, sed legitur & effertur ab Hebræis per Dages, more Hebræo. In Onkelo plurale est שיטין pro שטין; ut, פתורא דאעו שיטין Mensam de lignis Sittim, ibid. vers. 23. Apud Talmudicos, כל שיטה ושיטה שנטלו נכרים מירושלם, restituet Deus eitempore futuro, Rosch haschana fol.23.1. Huc refert Baal Aruch etiam Proverbiale illud, quod legitur in Jellammedenu, ווארא, in principio; Ex cedro nulla utilitas, nisi ex succisione ejus, hoc est, ut ipse enarrat; Ex cedris nulla homini est utilitas (propterea quòd non proferant fructum) nisi succidantur & ex iis omnis generis vasa fiant, aut succendantur: Sic Pharaon non fuit aptus, nisi ad verbera: hoc est, Ab eo nihil, nisi plagis & verberibus, impetrari potuit. Convenit cum illo Salomonis, Verbis non eruditur servus, Proverb.29.19.

שטח Linea: Ordo, Stylus, modus & usus loquendi, Structura verborum, consuetudo lingue & sermonis in libro vel authore aliquo: ועל שיטין Et in lineas libri describito, Hebr. ועל דספר רשום Et in lineas libri describito, Hebr. ועל דספר רשום, Jefa.30.8. Item; Duæ tabulæ lapideæ, quas dedit populo suo, כתיבין בעשר שיטין scriptæ erant decem lineis, גנת בוסמא similes ordinibus vel areolis horti aromatici, Cant.5.13. Vide amplius Tiberiadem nostram, in Clavi Masoræ vocem שטח circa finem cap.12. Nam & Masorethis peculiari in usu est. Apud Rabbinos; אין שיטת המקרא נופלת על המדרש Stylus scripturæ non cadit in medrasch sive expositionem allegoricam, sed ut aliàs loquuntur, אין המקרא יוצא מירי פשוטו Non egreditur Scriptura extra simplicem & literalem sensum suum. שטפוח רבנן לרבי אליעזר ואוקמוה לשיטתייהו. Obruerunt eum Rabbini, nempe R. Eliesarem (suis argumentis & rationibus) & redegerunt eum in ordinem suum, id est, sententiam suam, מחלפה שיטתיה רר לעזר Nazir fol.32.2. in Gemara: Diversa est sententia R. Eliefer.

Nomen proprium loci, Numer.25.v.1. מרה לשון שטים ר יהושע אומר על, Apud Talmudicos, שטים שנתעסקו ברברי שטות Quid significat שטים? R. Jehosua dixit, quia illic operam dederunt rebus stultis, Bechor. fol.5.2.

**שטם** Heb. Odio habere. Elias adducit exemplum unum ex Targ. Hierof. pro Hebr. וישטום עשו. Sed illud Targum in libris nostris impressis hodie non extat.

**שטן** Hebr. Adversari alicui ex odio, Odio habere. Quæ hujus significationis sunt, scribuntur ab initio per ט, & explicata sunt in שטן, ubi vide. Celebre hic est Rabbiorum monitum de vitanda dirarum imprecatione: לעולם לא יפתח אדם פיו לשטן Nunquam aperiat homo os suum ad Satanam. Legitur in Berachos fol. 60. 1. Non tantum Satanam compellendo, advocando, vel nominando, (per se enim semper præsto est & promptus in exitium hominis) sed etiam in diris simplicibus, cum infaustum quid & dirum homo vel sibi vel alii imprecatur. Unde cum quidam incaute dixisset: Si ista in me culpa deprehendatur, sit mors mea propitiatio pro omnibus peccatis meis, id est, moriar; objurgabatur graviter ab astute Doctore, qui illico regessit ipsi, לא ימא איניש הכי Non sic loquendum homini est, ולא לפתוח פומיה לשטן Non enim est aperiendum os Satanæ. Legitur ibidem. Citatur à R. Salomone Jesa. 1. 10. Horrendum Satanæ nomen est, at non illis, quibus illud in diris nimis quam familiare est.

**שטן** Rarò cum ש invenitur: לית שטן ולית פנע ביש Non est adversarius neque est occursum aliquis malus, Hebr. אין שטן ואין פנע רע. 1. Regum 5. v. 4. Verbum, עשו הירא שוטם ומשטן את יעקב, Esau fuit odio habens, & odiosum reddens Jacobum, vel, Adversarius Jacobi. שטן Adversari. שטן Adversarius, Satani.

**שטף** Inundare, Exundare: Immergere, Intingere in aquam, immergendo Lavare, Abluere, Eluere. Sic respondet partim Hebræo שטף partim Verbo רחץ. Præteritum, לא שטף במיא Et manus suas non immerferit in aquam, Hebr. לא שטף, Levit. 15. 11. Neque abluerat pedes suos, Hebr. ולא עשה רגליו Neq; fecerat, id est, curaverat, uti par erat, pedes suos, 2. Sam. 19. v. 24. R. Salomon scribit, per Hebræum עשה intelligi Aptationem, veluti lotionem, ablationem pilorum: addit R. Levi, Præfectionem unguium: ושטף ית רתיבתי Et immerfit currus, Heb. וישטף, 1. Reg. 22. 38. Et instrumenta armorum laverunt, Hebr. ורחצו, 1. Reg. 2. v. 38. Tunc aquæ inundassent, submersissent nos, Hebr. שטפנו, Psal. 124. v. 4. Particip. נהרין שטפין Flumina inundantia, Hebr. לנהרין שטפין מתגברין, Jesa. 33. 21. מקום נהרים In flumina inundantia validissima, Numer. 21. 20. in Targum Hierof. Imperativus, ושטוף רגלך Et lava pedes tuos, Hebr. ורחץ, 2. Sam. 11. 8. Ithpehal,

Præteritum, לא אשתטף, Et in aquis non est lotus, Hebr. לא רחצת, Ezech. 16. 4. Participium, ויהוה אתתא משתטפא Et vidit mulierem lavantem se, Hebr. אשה רחצת, 2. Sam. 11. 2. Futur. וישטוף במיא Lavabitur in aqua, Lev. 15. 11. וישטוף במיא, Levit. 6. 21.

Apud Rabbinos, ושוטפין הכוסות Et eluunt pocula, calices, vasa, vasa, è quibus bibitur, Man schwencet die Bächer.

**שטוף** Inundatio: למי רנהתין שטוף לירדנא Sicut aquæ descendunt inundationis instar in Jordanem, id est, impetuosè & affluenter, Jere. 12. 5.

**שטף** Immersio, lotio, ablutio: כלי שטף Vasa immersionis, quæ immersione in aquam, à pollutione eluuntur, ut vasa culinaria ex ligno & ære, Savim cap. 5. Sevachim folio 3. Cholin fol. 25. שטף במאכל ומשתה Inundatio in cibo & potu, hoc est, Intemperantia, Heluatio.

**שטפא** Inundatio: למרויבא רמיא מן עבר שטפא Quis fecit inundationem in canalem aquarum, ut scil. rectà quasi per canalem fluat, nec erumpat impetuosè, Job. 38. 25. in tertio ejus versus Targum. Idem sensus in præcedentibus duobus versibus, vocibus parùm mutatis: מן טיף Quis fluere fecit inundationem quasi rivum lenem? Quis facit ut fluat inundatio quasi per fossas aquarum?

Apud Rabbinos שטף etiam est, Festinare, currere cum impetu, ut aqua exundans: שטופי זמא Immerfi in scelere & vitis, sceleribus dediti, & iis quasi diluvio obruti. שטפא Festinatio, cursus, acceleratio: Propter festinationem tuam evenit tibi hoc: דיילמא אגב שיטפך רהיט לך נמרא Fortè propter festinationem tuam accurrat tibi doctrina ista, Schabb. fol. 130. 2. Nidda fol. 53. 2.

Quando fuisti immersus in lectione tua, studiis tuis: שטפוחי רבנן לרבי אליעזר: Obruerunt (q. d. submerferunt eum, scil. suis argumētis & rationibus) Rabbini R. Eliesarem, & adduxerunt eum in sententiam suam, Nasir fol. 32. 2. Sententia proverbialis, בשעת עקתא נדרתא Tempore angustiae, votum: tempore respirationis, inundatio: Beresch. rab. sect. 81. Aegrotus votum facit pietatis: liberatus à morbo, voti obliviscitur, & diluvio scelerum & vitiorum, quasi inundatione, abripitur. Exemplo Jacobi id afferunt, qui, iter in Syriam ingressus, vovit votum, Genes. 28. 20. Itinere prosperè cōfecto, voti fuit oblitus, aut tardavit redere, unde Deus ipsum monuit: Surge, ascende in Bethel, &c. Genes. 35. 1. Da der Kranck genas/ward er böser als er zuvor was/ dicunt Germani.

**שטר** Dominatus, dominium, id est, ממשלה, ut Elias exponit: ולשטר חד הקימת Et dominatum

natum unum erexit, Dan.7.v.5. Sic redundat ל in voce שטר . R.Saadias & Aben Esra legunt שטר , quod exponunt שטר vel צר Latus, Et ad latus unum constituit, scil. regnum, non toti regno dominabatur, sed parti: וְאֶרְצוֹ שְׂטְרֵי מְזֻלָּא Et cubacula pro dominio planetarū vel signorum cœlestium, Job.9.9. הַתְּפִיק שְׂטְרֵי מְזֻלָּא Num produces dominia planetarum? Heb. הַתּוֹצִיא מְרוֹת , Job.38.32. אִין תִּשּׂוּ שְׂטְרֵי נְלַגְלִיָּה בְּאַרְעָא Num pones dominia sphaerarum ejus (cœli) in terrâ Heb. מְשֻׁטְרוּ , Job.38.33. Veneta habent שְׂטְרֵיהָ Dominium ejus. Id si retineatur, tunc abesse potest vox sequens, & est שְׂטְרֵיהָ ut מְשֻׁטְרוּ .

II. Scriptum obligationis vel contractus, instrumentum literarum vel contractus. Emph. וְנִסְבִּיתַּי Et accepi literas vel contractum emptionis, Hebr. אֶת סֵפֶר הַבְּקִנְיָה , Jerem.32.v.11. Contractus erat apertus, explicatus, scil. ad legendum, ibid. וְיִהְיֶה יַת שְׂטְרָא רִבּוּנָא Et dedi literas emptionis, Jere.32.12. וְכָתַבְתִּי בְּשְׂטְרָא Et scripsi in contractum & obsignavi, Jerem.32.10. Plurale, סֵב יַת שְׂטְרָא Accipe literas contractus hujus, Jerem.32.14.

Apud Rabbinos generalius sumitur: המוכר שטר : Vendens literas debiti socio suo, id est, chirographum; שטר כתובה Literæ matrimoniales: Scripsit ipsi literas alias, chirographum aliud. שטרי חליצה Literæ juris affinitatis. שטר שכתב בו ריבית קונסין אותו Literæ, in quibus scripta est usura, illæ multantur. שטר צוואה Literæ præceptionis sive mandati, de ultima scil. voluntate, id est, Testamentum. שטרי חוב המוקדמן פסולין Chirographa debiti quæ avertuntur (alio antiquiore chirographo) reproba sunt, Bava metzia fol.72.col.1. שטרות : unde, שטרות מוויפין Literæ falsæ, adulterinæ. Instrumenta literarum falsata, R.Salom. Jefa.10.1. שטרות מחילה Literæ remissionis debiti, id est, Apocha, confessio solutionis: שטר הרשאה Literæ licentiæ, quibus plena potestas alicui datur exigendi debitum, Gewaltsbrieff. שטרי הודאות, Et masculinè, שטרות כל השטרות Rursus, שטרות חוב שחוטמים נזום פסולין חוץ משטרי מקח וממכר ושטרי חוב Omnes contractus subsignati per gentes (id est, Christianos) irriti sunt, exceptis contractibus empti & venditi, & contractibus debiti, &c. Hinc fuit מְנַן שְׂטְרוֹת Numeratio contractuum. Nempe cum Alexandri Macedo, deleto Persarum regno, & Græcorum novè instituto, urbem Jerusalem bello aggredi & delere paratus esset, egressus ad eum Simeon, qui justus cognominatus fuit, Pontifex maximus, habitu sacro pontificali, eum à bello dehortatus est, ac

planè avertit. In ejus rei memoriam eo anno omnibus Sacerdotum filiis Alexandri nomen datum est, & literas contractuum concludebant non ab annis creationis, sed ab Alexandro, quam supputationem appellarunt מְנַן שְׂטְרוֹת .

